



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 60. Henricus IV. Rex infide orthodoxa institutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

clesiæ Beatæ Virginis Decanum Ludo-
vicum Seguerium literas dabat, in qui-
bus se Regi summopere addictum esse,
ac cum ingenti animi sui gaudio illius
ad veram fidem redditum percepisse testa-
batur: verum literis hisce interceptis
Fulo comprehensus custodiæ datur, mox-
que a Maduano Duce judices nominan-
tur, totiusque caussæ cognitio Legato
committitur: verum Fulo tanquam a
Judice non legitimo appellans omnia
adversus ipsum gesta tanquam irrita
declarari petebat; unde Legatus hac
appellatione commotus omnem sollici-
tudinem, incassum licet, impendit, ut
ejusmodi provocationes ab abusu, ut
vocant, abolerentur, nihilominus præ-
fatus Abbas ad sanctam Genevesam liber-
tati restitutus San - Dionysiopolin ad
Regem confugit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1593.

§. LX.

*Henricus IV. Rex in fide orthodoxa
institutus.*

Etiamsi Legatus Ecclesiasticis ad op-
pidum sancti Dionyfii accedere pro-
hibuisset, hi tamen tres Parochi Re-
gem veræ fidei institutione imbuere fa-
tagebant, primumque cum eo collo-
quium summo mane die vigesimâ ter-
tia Julii habebant: præter hos autem
ex Praefulibus etiam intererant Regi-
naldus

*Thu. l. 107.
Avil. l. 13.
Spond. n. 17.
Daniel l. c.*

Sæcul. XVI. naldus Belnensis, Bituricensis, Philip-
A.C. 1593. pus Becus Nannetenensis, Nicolaus Thua-
 nus Carnotensis, Claudius Angenæus
 Cœnomanensis Episcopi, Jacobus Da-
 vid Ebroicum Episcopus designatus.
 Disputabatur circa plures articulos, qui-
 bus Rex sua dubia opponebat, quæ ta-
 men adeo solide dissolvebantur, ut Rex
 grates vel maximas Episcopis referret,
 eo quod ea, quæ hucusque ignorasset,
 ab illis plene edoctus fuisset, quapro-
 pter palam profitebatur, quod animi
 sui mutatio sit clementis æque, ac po-
 tentis dexteræ Dei opus.

§. LXI.

Proposita fidei confessio.

Mem. p. 141. Postea Præfules Regi quoddam exhi-
Maimb. hist. de la Lig. bebant scriptum, quod ejurationis
i. 4. p. 494. normam continens Rex recitare jube-
& 495. batur, ut corde, & animo errores, qui-
 bus hactenus implicitus erat, detesta-
 retur, simulque profiteretur, ac spon-
 deret, quod priusquam Ecclesiæ re-
 conciliaretur, huic scripto chirographum
 suum apponere vellet: cum autem quæ-
 dam fuissent inserta, quæ nec necessa-
 ria credebantur, atque etiam Regi, qui
 solido admodum judicio pollebat, mi-
 nus rata habebantur, hinc ad Præf-
 les conversus: „conscientiæ meæ, aje-
 , bat, satisfactum puto; unde contenti
 sitis